



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis  
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate  
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

lesu Christi Annus. M.D.XVIII. Sancti Patris Benedicti. M.XXXVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

libri Auctore in illa Claudiani consone prorumpamus:

*Quae sparguntur in omnes  
In Te [o Venerabilis Brugora] mixta  
fluunt & quae diuisa beatos Perficiunt col-  
lecta tenet.*

DE UM autem ter Optimum Maximum, in hac electissima sponfa sua toto corde & animo magnificemus, & veneremur. *Ex Vita citata.*

Inter praeclarissima, hoc etiam anno sydera Ecclesiae, & Benedictini Ordinis columnina referendus Venerabilis memoriae Petrus Quirinus, ex Patricio Veneto sanctissima & florentissima Congregationis Camaldulensis Monachus, de quo supra, sub hoc modo tempus, propter egregiam Vitae sanctitatem & doctrinae eminentiam invitatus admodum & reluctans à latere Beati Pauli Justiniani meritissimi Camaldulensium Reformatoris abreptus, & ad exornandum Eminentissimum Patrum Purpuratorum Sacrae Rom. Ecclesiae Cardinalium senatum & Cenobio extractus, & Cardinalis renunciatus incomparabile tanti Honoris ipsius ornamentum; inter tot mortalium applausus sibi miserrimus visus & vilissimus, adeo Monachici rigoris tenax, ut eo ipso, quod ad Tantae Eminentiae culmen raptus esset, majore etiam connifu ad ardua virtutum sibi enitendina arbitraretur, suspensissimam habens mundi gloriam, & ipso purpurae contuitu expavescens necdum ad sanguinem usque se pro Christo ejusque Ecclesiae laborasse. Et mirabili exemplo caeteris Patribus Purpuratis fuit, exemplar veri & solidi Ecclesiae Romanae Cardinis, ejus contuitu Christi fideles omnes salubriter moverentur, & Romani in primis Proceres sacrae purpurae dignitatem & aestimare nosset, & venerari. *Ex Romualdinus Montm.*

*Petrus Quirinus C. A. mald.*

*Fit S. R. E. Cardinalis.*

*Speculum omnium Cardinalium.*

*Antonius Boherius & ipse fit Cardin.*

Eodem anno, ad parem Cardinalitatis dignitatis honorem Romam evocatus est Antonius Boherius noster ex Gemmeticensis Cenobij Monacho Bituricensium meritissimus Archiepiscopus & Galliarum Primas, qui idem Eminentissimum Orbis Christiani Collegium egregiae Virtutis fama & exemplis, non minus quam Quirinus ante dictus, honorabile reddidit; omnesque numeros veri Cardinalis, &

Christianae Reipublicae consulis explevit. Ut nihil porro sit, quod ad hujus anni splendorem desideres, imo habeas quae sufficiant, ad totius saeculi praesentis ornamentum, sequuturorum excitamentum.

*IESU CHRISTI ANNUS. M.D.XVIII.  
Sancti Patris Benedicti. M.XXXVIII.*

NE cui Regnorum seu Provinciarum cederent Galliarum amplissima Regna ibi se vel maxime Benedictus prodit Redivivus, primavus exierit Benedictinus Spiritus, non una, ut supra memoravimus, Lirinensi Insula, conclusus, sed per amplissimas tanti Regni oras effusus, atque intima ejusdem viscera complexus, neque viris solis, sed & tenerimis Virginibus, viriliter fortia aggressis, & primavum Ordinis rigorem sponte refundentibus, eo rertum successu ut Rex etiam ipse tanta Religiosorum, & Religiosarum in primis Virginum sancta Generositate accensus, ipsidem omni modo consultum cuperet, & Reformationi gratiosissime faveret. Et vero licet in plurimis Galliarum Cenobijs, ea diligentia & cura superiorum, res ita fuerint constitutae, ut nullus omnino in disciplina Monastica defectus appareret, eaque inter Cenobium Illustrissimarum Virginum sancti Petri Remensis, à S. Clotilde Galliarum olim Regina extructum, & à sanctis Balderico ejusque sorore Bona restauratum, ab incredibili studio observantiae Regularis omni tempore commendatum fuerit & celebratum; provocatum nihilominus sub hoc tempus, recentibus à caelo flammis multorum accendentibus corda & novum fervorem concitantibus, Religiosissimorum Virorum & Virginum exemplis & studijs, nulli omnino talium sacri rigoris ultronea ex ambitione cedendum censuit; & in hoc ipso generosissime & gloriosissime elaboravit. Cooperatus strenuè Reformationis negotio fuit Stephanus de Poncher, Juris olim Pontificij & Imperatorij Interpres celeberrimus, atque in amplissimo Galliarum Senatu Praesidens, ex Procancellario Franciae Archiepiscopus Parisiensis, Benedictini Ordinis amator & Zelator singularis, cui electo gratulatus Joannes Raulinus noster, ipsum

*Virginum cum viris pia amulatio.*

*S. Petri Remensis Illustrissimum Cenobium.*

*Stephanus de Poncher Promotor Ordinis.*

ipsum vocat: *Virum gemina polleant scientia, Vita & doctrina, & vere San-ctum Patrem &c.*

Is tantâ sedulitate promotum eriam apud Moniales Reformationis saluberrimum propositum, voluit, ut in eundem finem, sapientissima statuta conderet, eaque Monialibus trans-mitteret, & sollicitè commendaret.

Robertus de Lenon-cour fautor Ord.

Ven. Jaques-lina de Grandi-Prato Ab-bat.

Nec minus in hoc ipso Robertus de Lenoncour Archiepiscopus Remensis, Galliae Dux & Par, idemque sanctae Rom. Ecclesiae Cardinalis laboravit, & ad tantû opus Beatæ memoriæ Jaques-lina Domina de Grandi-Prato, præd-icti Monasterij S. Petri Remensis meritißima Abbatissa se se ultro obtulit, & impetratâ ab Archiepiscopo Cardinale licentiâ, ad ferventißimum sacro rigore & novo Reformationis fervore Monmartanum Canobium, tanquam novitia Tyruncula sese consultit, & per decem & octo menses ibidem com-morata, hocque anno ad Canobium suum reversa, exemplar omnibus per-fectæ disciplinæ facta, non solum sibi creditas omnes ad solidum perfectio-nis studium accendit, sed percrebres-cente quamprimum tam sanctæ Re-formationis famâ, Canobia longè la-tèque plurima ad pares conatus con-citavit, ut quo magis Hæreses paulatim serperent, tanto magis licentia, hominum, sacro infirmissimi sexus ro-bore in tam rigido proposito, confun-deretur, pluribus deinceps inter im-mensas Hæreticorum injurias Gene-rositatem suam tantopere probanti-bus, sanctoque nihilominus proposito insistentibus, ut primitivæ Ecclesiae Martyribus meritißimo jure possint & debeant accenseri. *Ex monumentis S. Petri Remensis, & R. P. Amando Tri-boni Prioris Deraensis.*

Terror sa-tranum Virginum.

Jngens Virorum sanctißimorum nec non doctißimorum, in Congre-gatione nostra Montferratenfi & Val-lisoleitana numerus, & mirandum san-nè ac penè incredibile videretur, si præsulum in hac Reformatione tam nova hoc ipso anno viventium Sylla-bum pertexeremus, ita cum rariore vitæ sanctitate, omnes omnino litte-ris sacris atque humanis exercitatißi-mi, eruditionem conjungere. In solo revera Montferratenfi Archisterio, quamvis vix esset, qui sancti viri no-

Montiffy-ri & Val-lisolei-lau.

mine atque fama non celebrarerur, excelluit tamen ante alios Beatæ me-moriæ Frater Petrus Munoz, dignißimus Garfiæ de Cisneros Succesor in tanti tanque Dei paræ chari regimine Canobij; idem strenuus novi rigoris, imo potius restitutæ veteris discipli-næ propagator. Mariani cultus & do-votionis promotor ferventißimus, eu-jus utinam gloriolißima vitæ gesta, ut & aliorum ejusdem Collegarum pro ædificatione & salutari posterorum exemplo, Patres Montferratenfes in lucem proferri paterentur! Nec mi-nore commendatione digni in eodem Archisterio RR. FF. Franciscus de Tur-re, Petrus de Burgos, Joannes de Bar-tholina, de quorum singulorum Vitæ rationibus, anni integri non solum, sed tota volumina implenda essent, atque utinam à nobis tories interpel-lati, tanto post annuerent prædicti Pa-tres, ut quod suo nolunt calamo, juxta illud Proverbiorum cap. 27. *Laudet se alienus, & non os tuum, extraneus, & non labia tua;* alieno saltem, absque jactantia fieri consentirent.

V. Petrus Munoz Abbas.

Franciscus de Turre.

Petrus de Burgos MonMout-fer.

Ipsò anno hoc rursùm è nostris sibi Episcopum Galli expetunt, & pro vitæ meritis ex Canobio S. Benigni Divionensis extrahunt Renatum de Breschia Constantienses in Norman-nia cathedrales Canonici, cathedræ-que suæ imponunt, Pontificem per omnia dignum etiam à posteris cele-brari. *Videantur memm. Canoby Benig-niani Divionensis, Claud. Rob. &c.*

Renatus de Breschia Episc. Con-stantiensis.

IESU CHRISTI ANNUS. M.D.XIX. Sancti Patris Benedicti. M.XXXIX.

Miranda exactißimæ Regularis Observantiæ exempla, à diver-sis Benedictini Ordinis Congregatio-nibus & Reformationibus, Camaldu-lensi, Caestina, Sylvestrina, Vallis-oletana, Montferratenfi, S. Justinae, Casinensi, Bursfeldensi, toti mundo præferuntur, ut nullo unquam sæculo, tot restitutæ, atque ad primævum fer-vorem revocatæ sacrae Dei o Familiæ legantur; sed insolentis, & stupendi potius quam imitandi exempli, ob sa-crum rigorem celebrandi nunc aliqui forent, tam ex Hispanijs quam Gallijs & Italia, & ex Camaldulensi potißi-mum & Vallumbrosana familijs: cu-jus postremæ vel unum saltem liceat dome-

H

dome-

